

malium hi. Ostreis nulli. Quibusdam concharum du-  
 bij. Pectines enim, si quis digitos aduersum hiates eos  
 moueat, contrahuntur ut uidentes. Et solenes fugiunt  
 adnota ferramenta. Quadrupedum talpis uisus non  
 est, oculorum effigies inest, si quis pratentam detra-  
 hat membranam. Et inter aues ardeolarum genere,  
 quos leucos uocant, altero oculo carere tradunt.  
 Optimi augurij, cum ad austrum uolant, septentrio-  
 nem uis. Solui enim pericula & metus narrant. Nigi-  
 dius nec locustis, nec cicadis esse dicit. Cochleis oculo-  
 rum uicem cornicula bina pratentatu implent. Nec  
 lumbricis ulli sunt, uermium uero generi. Oculi homini  
 tantum diuerso colore, ceteris in suo cuique genere si-  
 miles. Et equorum quibusdam glauci, sed in homine  
 numerosissima uarietatis atque differentia, grandio-  
 res, modici, parui, prominētes, quos hebetiores putat:  
 conditi, quos clarissime cernere, sicut in colore capri-  
 nos. Præterea alij contuentur longinqua, alij nisi pro-  
 pe adnota non cernunt. Multorum uisus fulgore solis  
 cōstat, nubilo die non cernentium, nec post occasus.  
 Alij interdum hebetiores, noctu præter ceteros cer-  
 nunt. De geminis pupillis, aut quibus noxijs uisus essent,  
 satis diximus. Cæsi in tenebris clariore. Ferunt Ti-  
 berio Cæsari, nec alij genitorum mortalium, fuisse na-  
 turā: ut expergestus noctu paulisper, haud alio mo-  
 do quam luce clara cōtueretur omnia, paulatim tene-  
 bris sese obducentibus. Diuo Augusto equorum mo-  
 do glauci fuere, supraque hominem albicantis magni-  
 tudinis. Quam ob causam diligētius spectari eos, ira-  
 cunde ferebat. Claudio Cæsari ab angulis cādore car-  
 noso, sanguineis uenis subinde suffusus: Caio principi ri-  
 gentes: Neroni nisi cum conuieret ad prope adnota  
 hebetes. Viginti gladiatorum paria in Caij principis  
 ludo fuere, in ijs duo omnino qui contra comminatio-  
 nem aliquam non conuierent, & ob id inuicti. Tan-  
 ta hoc difficultatis est homini. Plerisque uero natura  
 le, ut nictare non cessent, quos pauidiores accepimus.  
 Oculus unicolor nulli, cum candore omnibus medius  
 color differens. Neque ulla ex parte maiora animi in-  
 dicia cunctis animalibus, sed homini maxime, id est,  
 moderationis, clementia, misericordia, odij, amoris,  
 tristitia, lætitia. Contuitu quoque multiformes, truces,  
 torui, flagrantes, graues, transuersi, limi, summissi,  
 si, blandi. Profecto in oculis animus inhabitat. Ar-  
 dent, intenduntur, humectant, conuient. Hinc ille  
 misericordia lacrymæ. Hos cum osculamur, animum  
 ipsum uidemur attingere. Hinc fletus, et rigantes ora-  
 rini. Quis ille humor est, in dolore tam fecundus &  
 paratus, aut ubi reliquo tempore? Animo autem vi-  
 demus animo cernimus: oculi, ceu uasa quedam, uisi-  
 bilem eius partem accipiunt, atque transmittunt. Sic  
 magna cogitatio obcæcat, abducto intus uisu. Sic in  
 morbo comitiali aperti nihil cernunt, animo caligan-  
 te. Quin & patentibus dormiunt lepores, multiq; ho-  
 minum, quod Corybantian Græci dicunt. Tenuibus  
 multisque membranis eos natura composuit, callosis

contra frigora caloresque in extremo tunicis, quas sub  
 inde purificant lacrymationum salinis, lubricos pro-  
 pter incurstantia & mobiles. Media eorum cornea fene-  
 strauit pupilla, cuius angustia non sinunt uagari incer-  
 tam aciem, & uelut canali dirigunt, obiterque inciden-  
 tia facile declinat: alijs nigri, alijs atrij, alijs ruffi, alijs  
 glauci coloris orbibus circumdatis, ut habili mixtura  
 & accipiatur circumiecto candore lux, & temperato  
 repercussu non obstrepat. Adeoque ijs absoluta uis spe-  
 culis, ut tam parua illa pupilla, totam imaginem red-  
 dat hominis. Ea causa est, ut pleraque alitum e manibus  
 hominum oculos potissimum appetant, & effigiem suam  
 in ijs cernentes, uelut ad cognata desideria sua tēdunt.  
 Veterina tantum quedam, ad incrementa lunæ morbos  
 sentiunt. Sed homo solus emissio humore cecitate libe-  
 ratur. Post uicesimum annum multis restitutus est ui-  
 sus. Quibusdam statim nascentibus negatus nullo oculo-  
 rum uitio: multis repete ablatus simili modo, nulla  
 præcedente iniuria. Venas ab ijs pertigere ad cerebrum,  
 peritissimi autores tradunt: ego ad stomachum credi-  
 derim. Certe nulli sine redundatione eius, eruitur oculo-  
 lus. Morientibus illos operire, rursusque in rogo patefa-  
 cere, Quiritium magno ritu sacrum est: ita more cōdito,  
 ut neque ab homine supremum eos spectari fas sit, &  
 cælo non ostendi nefas. Vni animalium homini deprau-  
 uantur, unde cognomina Strabonum & Pætorum.  
 Ab iisdem qui altero lumine orbi nascerentur, Cocli-  
 tes uocantur: qui paruis utrisque, Ocellæ. Luscini iniu-  
 ria cognomen habuere. Nocturnorum animalium,  
 uelut felium, in tenebris fulgent, radiantque oculi, ut  
 cōtueri non sit: et caprae lupoque splendet, lucetque; iaculan-  
 tur. Vituli marini & hyenæ in mille colores transeunt  
 subinde. Quin & in tenebris multorum piscium resul-  
 gēt aridi, sicut robusti caudices uetustate putres. Non  
 conuierere diximus, quæ non obliquis oculis, sed cir-  
 cumactō capite cernerent. Chamæleontis oculos ipsos  
 circumacti totos tradunt. Cancris in obliquum aspi-  
 ciunt. Crusta fragili inclusis rigentes. Locustis squil-  
 lisque magna ex parte sub eodem munimento prædu-  
 ri eminent. Quorum duri sunt, minus cernunt, quam  
 quorum humidi. Serpentium catulis, & hirundinum  
 pullis, si quis eruat, renasci tradunt. Insectorum omnium,  
 & quibus tastacea operimenta, oculi mouentur, sicut  
 quadrupedum aures. Quibus fragilia operimenta, ijs  
 oculi duri. Omnia talia, & pisces & insecta, non ha-  
 bent genas, nec integunt oculos. Omnibus membrana  
 uitri modo translucida obtinetur. Palpebræ in genis  
 homini utrinque. Mulieribus etiā insectæ quotidiano.  
 Tanta est decoris affectatio, ut tingatur oculi quoque.  
 Alia de causa hoc natura dederat, ceu uallum quod-  
 dam uisus, & prominens munimentum contra occur-  
 santia animalia, aut alia fortuito incidentia. Defluere  
 eas, haud immerito, Venere abundantibus tradunt. Ex  
 ceteris nulli sunt, nisi quibus & in reliquo corpore pi-  
 li. Sed quadrupedibus in superiore tantum gena, uolu-  
 cribus in inferiore: & quibus molle tergus, ut serpen-  
 tibus